

Manfredum, sed non prevalet, immo succumbit⁶². Tunc Manfredus 225
 volens magis multiplicare suum dominium ac firmare *simulata morte*
Conradini cum favore baronum, quos ipse creaverat, et exclusis veris
 baronibus *coronam regni* assumit anno videlicet MCCLV et rex Apulie
 nominatur⁶³. Tunc Alexander ipsum excommunicat, sicut gravius dici
 potest, et sub eadem poena precepit, quod nullus vocaret ipsum regem, 230
 sed cum toto isto non proficit Alexander⁶⁴, suo enim thesauro suaque
 sapientia quasi totam Lombardiam et omnes Ghibellinos de Tuscia
 ad suam trahit amicitiam contra ecclesiam⁶⁵. Anno Domini^s autem
 MCCLX magnam *mittit militiam Theonicorum cum Ghibellinis*
 contra Florentinos et Lucanos, quia fovebant^u partem ecclesie, et apud 235
 Senas devicti sunt Florentini et Lucani⁶⁶. Eo tempore moritur Alex-
 ander et succedit Urbanus III. Hic Gallicus erat⁶⁷, qui videns, quod
 ecclesia totaliter succumbebat in se et suis sequacibus, cum consensu
 fratrum suorum Karolum comitem Provincie in suum auxilium vocat,
 fratrem^v regis Francie et comitis Tholosani, quem regem constituit in 240
 Apulia^w et Sicilia^w anno Domini MCCLXIII⁶⁸. Hic iurat fidelitatem
 ecclesie et vasallum se facit eo modo et forma qua rex Guillelmus, de
 quo mentio facta est supra, promittens regnum regere et gubernare
 secundum leges et instituta^x predicti regis nunc nominati⁶⁹. Anno au-

s) *fehlt* V₂ V₃ R L.

t) Ghibellinos V₂ L.

u) favebant V₁ V₃ R L favebat V₂.

v) *fehlt* V₂.

w-w) Apuliam et Siciliam R.

x) constituta V₃.

62) *Annales* (wie Anm. 3) S. 134 Z. 14, S. 135 Z. 2f. Vgl. *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) XXII 13f, S. 556 Z. 17f, S. 557 Z. 15.

63) *Annales* (wie Anm. 3) S. 134 Z. 22 - S. 135 Z. 1. Vgl. *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) XXII 12, S. 555 Z. 11ff., mit Hinweis auf die Unterstützung durch die Barone.

64) Vgl. *Annales* (wie Anm. 3) S. 135 Z. 3ff. Vgl. auch *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) XXII 14, S. 557 Z. 16ff.

65) Vgl. *Annales* (wie Anm. 3) S. 135 Z. 11ff. Vgl. auch *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) XXII 14, S. 558 Z. 1ff.

66) *Annales* (wie Anm. 3) S. 142 Z. 17-22. Vgl. *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) XXII 17, S. 560 Z. 10ff., dort: magnam militiam mittit und nicht maiorem militiam transmittit wie in den Annalen. Auch die Formulierung devicti sunt Florentini et Lucani entspricht dem Text der *Historia ecclesiastica nova*.

67) Vgl. *Annales* (wie Anm. 3) S. 141 Z. 21 - S. 142 Z. 2.

68) Vgl. *Annales* (wie Anm. 3) S. 148 Z. 17-20. Vgl. auch *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) XXII 25, S. 567 Z. 4-9, wo Tholomeus den Hinweis auf die Absprache mit den Brüdern ergänzt.

69) Vgl. *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) XXII 30, S. 571 Z. 10, wo Tholomeus ebenfalls auf den Vasalleneid Wilhelms I. verweist.